

Recd 1863 17 1' ser. 1/5

CARISSIMO PATRI MEO


R. TARBÈS,

DOCTORI - CHIRURGO~~—~~,

Nec non Professori in Scholis Medicis Tolosanis ,

Grati animi et amoris Pignus.

J. P. Tarbès



S Y N T H E S E S
PHARMACEUTICÆ ET CHYMICÆ,
A PROFESSORIBUS UTRIUSQUE SCHOLÆ
TUM MEDICÆ, TUM PHARMACEUTICÆ,
DESIGNATÆ ET PUBLICÈ EXPONENDÆ.



P A R I S I I S ,

E Typis COUTURIER, Scholæ Pharmaceuticæ Typographi ,
viâ vulgò dictâ Sancti Jacobi, N°. 51.

M. DCCC. IX.

PROFESSORES SCHOLÆ MEDICÆ.

CHAUSSIER.
DÉYEUX.

PRÆFECTI SCHOLÆ PHARMACEUTICÆ.

VAUQUELIN.
TRUSSON.
CHERADAME.

PROFESSORES EJUSDEM SCHOLÆ.

BOUILLON-LAGRANGE. . .	}	pro Chymiâ.
HENRY.		
NACHET.	}	pro Pharmaciâ.
BOURIAT.		
LAUGIER.	}	pro Historiâ Naturali.
VALLÉE.		
L. J. GUIART.	}	pro Botanice.
D. L. GUIART.		

S Y N T H E S E S

PHARMACEUTICÆ ET CHYMICÆ,

A PROFESSORIBUS UTRIUSQUE SCHOLÆ

TUM MEDICÆ, TUM PHARMACEUTICÆ;

DESIGNATÆ ET PUBLICE EXPONENDÆ.

SYRUPUS BALSAMICUS DE TOLU.

R. BALSAMI Tolutani uncias octo.
Aquæ bullientis. libras duas.
Infunde balneo-maris per duodecim horas in vase clauso. Liquori
decantato adde
Sacchari albissimi pondus duplum,
ut fiat Syrupus.

PASTILLI FLORUM ARANTIORUM.

R. SACCHARI albissimi libram unam.
Aquæ Florum Arantiorum fragrantissimæ, . uncias quatuor.
Coque in Electuarii solidi consistentiam; hinc supra marmor
effunde, ut fiant Pastilli.
Vel igne lento exsicca, pistillo ligneo indesinenter massam
agitando, dum in pulverem abeat.

P U L V I S T E M P E R A N S.

A decorative horizontal border consisting of a repeating pattern of stylized floral or leaf-like motifs, interspersed with small circular elements, all enclosed within a thin black line.

R. SULPHATIS Potassæ . . . : . . . } ana drachmas tres.
 Nitratis Potassæ }
 Sulphureti rubri Hydrargyri scrupulos duos.
 Misce. Fiat Pulvis subtilissimus.

CONFECTIO DE HYACINTHO.

R.	LAPIDUM Hyacinthorum præparatorum . .	unciam semissem.
	Terræ sigillatæ præparata	{ ana uncias tres.
	Lapidum cancerorum præparatorum . . .	
	Cinnamomi	unciam unam.
	Foliorum Dictamni Cretici	{ ana drachmas tres.
	Santali citrini	
	Mirrhæ electæ	drachmas duas.

Fiat omnium pulvis tenuissimus. Tum

R. CROCI seorsim pulverati unciam semissem.
Syrupi limonum. libras duas.

Nota 1º. Syrupum de limonibus frigidum esse debere, cum croco admisceatur, in vase faventino, cum pistillo ligneo;

2º. Reliquum pulverem deinde admiscendum esse;

3º. Ut debita confectionis consistentia permaneat, pro unâquâque confectionis librâ, adjiciendam esse Mellis Narbonensis optimi. . . . unciam unam.

Denique folia auri et argenti, si lubet, confectioni peractæ commisceantur.

LAUDANUM LIQUIDUM SIDENHAMI.

R'. OPII selecti in taleolas secti uncias duas.
 Croci unciam unam.
 Cinnamomi } ana drachmam
 Cariophyllorum pulveratorum } unam.

Mitte in vas idoneum. Affunde

Vini Hispanici libram unam.

Digere per aliquot dies , balneo - maris , vas identidem agitando.
 Cola et serva.

E M P L A S T R U M D I A P A L M A.

R'. OXIDI plumbi semi - vitrosi tenuissimè triti
 Olei Olivarum optimi } ana libras tres.
 Adipis Suillæ ritè expurgatæ
 Aquæ communis sufficientem quantitatem.

Bulliant simul in vase idoneo , spatulâ ligneâ assidue versando.
 Sub finem adde

Sulphatis Zinci , in aquâ soluti uncias quatuor.
 Ceræ albæ uncias novem.

Perge coctionem dum omnia concorrentur , et digitis tractari possint , et erit Emplastrum.



ACIDUM BORACICUM.

R. BORATIS sodæ uncias octo.

Solve in aquæ bullientis sufficienti quantitate. Adde

Acidi sulphurici uncias tres.

Vapora donec laminæ concrescere incipient, reponatur liquor in loco calido sensim refrigerante, ut formentur crystalli; aquâ frigidâ laventur, siccentur et serventur.

Ex aquâ primâ decantatâ denuò vaporatâ, Sulphas sodæ obtinebitur.

ÆTHER SULPHURICUS.

R. ACIDI Sulphurici concentrati } ana pondus æquale.
Alcool vini rectificati }

In retortam vitream amplam immittit Alcool. Huic affunde paulatim Acidum, et in gyrum retortam agitabis ut invicem misceantur liquores, quod non fit sine calore, qui ubi remiserit, adapta receptaculum ritè obseratum, distilla ex arenâ, igne ita administrato, ut Liquor semper leviter bulliat. Prodibit primò Alcool fragrans, quod exime et servat. Iterum admoto ut suprà receptaculo, distilla eodem caloris gradu, donec Sulphureus odor prodire incipiat, obtinebis Spiritum volatilem fragrantiorum et suaviorem, quem excipe et servat. Deinde igni lenissimo materiali superstitem expones (ne offa nigra, in fundo retortæ apparens, transeat in receptaculum) prodibit phlegma acidum sulphureum et volatile quod, si velis, illicè separabis; tandem apparebit Oleum, quod vulgo dicitur dulce vitrioli, à phlegmate statim et accuratè separandum.

NOTA. Liquor, Æther dictus, cum Potassæ causticæ tantillò digestioni est committendus, igneque lampadis distillandus, si sulphurei odoris omnino privatum obtinere volueris.

P H O S P H A S S O D Æ.

R'. PHOSPHATIS acidi calcis aquâ soluti. . . quantum volueris.

Mitte in vas idoneum, et adde

Carbonatis Soda { quantitatem sufficientem ad nimiam
saturationem.

Liquor turbidus quiescat, decantetur, coletur, vaporet ad aptam densitatem, reponatur demum in loco calido sensim refrigerante, ut concrescant crystalli, quæ iteratâ solutione Phosphatem Soda purissimum nec non pellucidissimum exhibebunt.

A M M O N I A C A,

(Olim SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM CALCE.)

R'. MURIATIS Ammoniacæ : uncias octo.

Calcis novissimè extinctæ libram unam.

Seorsim pulverata misce in retortam capacem loricatam, cuius oriamnum admove et agita. Huic retortæ adapta apparatus dictum de Woulf. Statim affunde in primas lagenas

Aqua stillata uncias octo.

Commissuris ritè obseratis, distilla igne gradatim augendo, donec nihil amplius prodeat. Refrigeratis omnibus, Ammoniacam celeriter exemptam serva in vase ritè obturato.

Primò selectis, ut artis est, et publicè expositis materiis supra scriptis, die Mercurii primæ Februarii anni 1809, et quinti anni NAPOLEONIS Imperii, horā undecimā matutinā, Historiam Naturalem, et omnia quæ ad praxim pertinent, enarrare ac demonstrare tentabit JOANNES-PETRUS TARBÉS, Tolosanus.

Dein ad illarum Synthesium operationes exequendas, diebus subsequentibus, manum et industriam admovebit. Tandem confectas et perfectissimas utriusque Scholæ Professorum oculis et examini subjiciet, die Lunæ sextâ eorumdem mensis et anni, et eâdem horâ matutinâ, in Scholis Pharmaceuticis, viâ vulgâ dictâ de l'Arbalète.